

11 ius effectum est, ac proinde à jure derivatur. Crebra ju-
 11 ris actio in homine efficit justitiam, à quâ deinde homo
 11 dicitur justus. Hæc de etymologiâ. Sciendum autem est,
 11 nos hîc definire justitiam particularem, non universa-
 11 lem. Universalis enim justitia tam latè patet, ut omnes
 11 virtutes morales, de quibus hæctenus egimus, imò ipsam
 11 quoq; justitiam particularem suo ambitu complectatur,
 11 unde illud Theognidis quod ab Arist. lib. 5. Ethic. Nic.
 11 cap. 1. citatur: ἐν δὲ δικαιοσύνη συλλήβδην πᾶσ' ἀρετῆ' η, i. e.

Justitia in sese virtutes continet omnes.

Unde videre est, justitiam universalem & particularem
 non esse species ἀντιδιηρημένους, quum universalis justitia
 nihil aliud sit quàm virtus moralis in genere accepta. A
Jurisconsulto particularis justitia definitur constans &
perpetua voluntas jus suum cuiq; tribuendi. Quæ potius
descriptio quàm definitio est propter falsum genus. Non
enim est ipsa voluntas, sed aliquid ex voluntate profectū.

11 Voluit tamen Jurisconsultus significare ἀεὶ αἰετῶς & ha-
 11 bitum animi volentis. Notandum autem est, quod in no-
 11 strâ definitione diximus, secundum juris tenorem, quæ ver-
 11 ba quandam limitationem continent. Etenim nō est pu-
 11 tandum, suum cuiq; tribuere, ἀεὶ καὶ ἀπλῶς esse justum. Si
 11 enim quis sanâ mente apud te deposuerit gladium, tu ve-
 11 rò redderes eum eidem furioso, faceres contra justitiam;
 11 item si quis servare velit, quod vel contra religionem, vel
 11 contra patrię salutem promisit, injustum injusto cumula-
 11 ret. Sic enim evertuntur justitię fundamenta, quæ sunt
 11 1. glorię Dei servire, 2. communi utilitati consulere, 3. ne-
 11 mini nocere. Observandus igitur est tenor juris. Quid au-
 11 tem & quotuplex jus sit, ex Aristotele brevibus thesibus
 11 sic propono:

- 11 1. Jus est iustum Dei & rectę rationis. Non igitur con-
 11 temnenda est notatio, quòd sit à jubendo, quasi iustum.
 11 Non autem attendendum est cujusvis indifferenter ius-
 11 sum, putà civitatis, populi, gentis, vel consuetudinis; tale
 11 enim iustum sæpe est injustum, & jus κίβδηλον.
 11 2. Jus est vel naturale, vel positivum.

3 Jus

Justitia
legalis.

Fundamenta
juris. 1. 2. 3.